Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et fecit deus firmamentũ, diuiditq̃ aquas que erãt sub firmamento ab his que erãt supr firmamentũ. Et factũ est ita. Vocauitq̃ ds firmamentũ celũ. Et factũ est uespere et mane dies secdus. Dixit uero deus. Cõgregentur aque que sub celo sũt in logũ vnũ et appareat arida. Et factũ est ita. Et uocauit deus aridam terrã. Congregationesq̃ aquarũ appellauit maria. Et vidit deus qd esset bonũ et ait. Germinet terra herbã uirentẽ et facientẽ semen et lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suũ cuius semen in semetipso sit sr̃ terã. Et factũ est ita. Et protulit terra herbã uirentẽ et afferentẽ semen iuxta genus suũ, lignũq̃ faciẽs fructũ, et his vnũquodq̃ semẽtẽ secdm suã. Et vidit deus qd esset bonũ. Factũq̃ est uespere et mane dies tertius. Dixit ãt deus. Fiãt luminaria in firmamento celi, et diuidant diem ac noctẽ, et sint in signa et tpa et dies et annos, ut luceãt in firmamẽto celi et illuminẽt terrã. Et factũ est ita. Fecitq̃ deus duo magna luminaria. luminare maius ut pesset diei, et luminare minus ut pesset nocti, et stellas et posuit eas in firmamento celi ut luceret supr terrã, et pesset diei ac nocti, et diuideret lucẽ ac tenebras. Et vidit deus quod esset bonũ. Factũ est uespere et mane dies quartus. Dixit etiã deus. Producãt aque reptile aiẽ viuentis, et volatile sr̃ terrã sub firmamento celi. Creauitq̃ deus cete grandia, et omnẽ aiam viuentẽ atq̃ motabile qm̃ produxerãt aque in spẽes suas, et omne volatile secdm genus suũ. Et vidit deus qd esset bonũ. benedixitq̃ eis dicẽs. Crescite et multiplicamini et replete aqs maris, auesq̃ multiplicentur supr terrã. Factũ est uespere et mane dies quintus. Dixit quoq̃ ds. Producat terra aiam viuentẽ in genere suo. iumenta et reptilia et bestias terre iuxta spẽes suas. Factũq̃ est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta spẽes suas. iumenta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus qd esset bonũ et ait. Faciamus hõiem ad ymaginẽ et similitudinẽ nrã, et prestet piscibus maris et volatilibus celi, et bestiis vniuersoq̃ terre, omniq̃ reptili qd mouetur in